



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallebart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Capvt III. Totum & integrum Christum, ac verum Sacramentum sub  
qualibet specie sumi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

magis expedire iudicaret, id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, a cum ait: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, ut ipsum quidem hac potestate usum esse, satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento, cum, ordinatis nonnullis circa eius usum, b Cetera, inquit, cum venero, disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianae religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset; tamen progressu temporis, latissime iam mutata illa consuetudine, grauibus & iustis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, & pro lege habendam decrevit: quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiae auctoritate prohibito mutare non licet.

a 1. Cor. 4.  
1. Cor. 6.

b 1. Cor. 12.

c Conc. Conc.  
Sess. 21. c. 13.

REMISSIONES.

Vide P. Henric. in sum. li. 8. de Eucharist. c. 44. §. 3. Pat. Sanchi de Matrim. li. 3. disp. 22. n. 27. P. Aegid. de Sacram. & censur. tom. 1. qu. 80. num. 121. P. Vasq. in 3. p. D. Thomae, tom. 3. disp. 22. num. 22.

CAPUT III.

Totum & integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

Insuper declarat, quamuis Redemptor noster, ut antea dictum est, d in suprema illa Cena hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum et atq; integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem, eos defraudari, qui vnam speciem solam accipiunt.

d Matth. 26.  
Marc. 14.  
sup. c. 1.  
1. Cor. 11.  
e c. qui manducant, c. qui inuitat, c. singuli, de cons. dist. 2. sup. Sess. 13. c. 3. Et Can. 3. de Sacra. Euch.

REMISSIONES.

Vide Balduin. Iunium super opera controuers. Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 8. a principio, Pat. Valet. Regin. in praxi fori poenitent. c. 1.

ncil. Trid.  
declara.  
near in di.  
1563



CAPITULUM IV.

*Paruulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.*

*infr. Can. 4* **D**Enique &  $\beta$  eadem sancta Synodus docet, & par-  
los  $\gamma$  usu rationis carentes, nulla obligari necessitate  
ad sacramentalem Eucharistiae communionem: si quidem  
*Trid. 3.* per  $\beta$  Baptismi lauacrum regenerati & Christo incorporati,  
adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa aetate amittere non possunt.  $\delta$  Neque ideo tamen damnanda est antiquitas,  
si eum morem in quibusdam locis aliquando seruatum  
Vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam  
pro illius temporis ratione habuerunt; ita credere  
nulla salutis necessitate id fecisse, sine controuersia con-  
cedendum est.

R E M I S S I O N E S.

**V**ide Pat. Henriq. in sum. lib. 8. de Eucharistia, c. 43. 2. p. 1.  
pio, Valqu. in D. Thom. tom. 3. disput. 212. nu. 17. & disput.  
nu. 35. P. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. li. 29. qu. 4. nu. 1.  
Pat. Aegid. de Conink. de Sacram. & censuris, tom. 1. quaest. 80. ar. 1.  
nu. 72. cum sequentibus, Petr. Ledesma. in sum. p. 1. tract. de Eucharistia  
c. 13. concl. 7.  
 $\beta$  Infantes, si daretur eis communio, recepturos gratiam, resolu-  
Victor. verbo Eucharistia, num. 84. in fin. Pat. Soar. tom. 3. disput.  
sect. 4. P. Aegid. d. q. 80. art. 9. num. 77. Petr. Ledesma. d. cap. 13. con-  
duda 2.  
 $\gamma$  *Usu rationis carentes.* ] De amentibus perpetuis idem quod  
infantibus sentiendum esse docet Pat. Valer. Reginald. d. lib. 1.  
numer. 78. vbi 79. An debeat administrari Eucharistia in articulo  
mortis amentibus patientibus tunc temporis, de quo etiam P. Hen-  
riq. in sum. lib. 8. cap. 42. §. 3. in fin. P. Soar. tom. 3. disput. 69. ar. 1.  
dubit. 3.  
 $\delta$  *Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, &c.* ] Vide P. Aegid.  
art. 9. nu. 75.